

Specularis
 tur, descripsisset; vti nam sapiens & intelligeres, atque nouissima prouideres. In tibi specularem offero, quae speculorum omnium tam concauorum, quam conuexorum proprietates, & causas aperit. Si rationi naturali minimè cedas, saltem ad fidei speculum accede, quod conuexorum speculorum instar, res veluti minores refert, quia non ita perfectè Deum, sed ex parte, & ænigmaticum ostendit.

Mechanice species hic referuntur.
 Quod si fidei speculo vti nolis, quodnam tuæ caliginis remedium afferemus: an omnes artis Mechanicæ machinas, quarum causas Rationalis tradit, & quas Chirurgica fabricat; an omnia Mangana-riæ inuenta, quæ maxima pondera vti minima tollit: an antlia Mechanopœtica, quibus aquæ trahuntur; an omnia tormenta bellica, quæ suggerit organopœtica; an omnia mirabilia, quæ ponderibus, spiritu, vel neruis, atque funiculis thaumaturgica suggerit: an omnia hydraulica, vel quæ ventorum flatu resonant, & voces auium exprimunt, vel siphonibus incendia quæpiam extinguunt, aut æolipylis ignem suscitant, vel modum suggerunt, quò quis possit aquis subnatere, vel super eas ambulare, & ipsas horas aquis distinguere; an denique omnia contraponderantia, & omnes Scantoria machinas, quas Architectura concinnat, admovebimus, vt Atheos ab illa cæcitatibus abyssis, & summo peccatorum pondere tollamus in altum, ne grauius in barathrum ruant, & dæmonum præda facti sempiternis ignibus cruciantur.

Centrobatica.
 Admoueantur sanè, illòsque Centrobaticam doceamus, vt verum animæ suæ centrum in Deo solo situm esse tandem aliquando cognoscant; hæc enim ars agit de centro, vnde omnia desumuntur. Placet autem sequentibus vti scientiis, vt medicinam eorum saluti paremus; quandoquidem Atheismus non tantum ex mentis cæcitate, & ignoratione Dei, sed ex vitiiis oritur, quibus homines incumbunt, vt rectè psalmographus passim aduertit, vt Psal. 9. *Non est Deus in conspectu eius*: audi obsecro quid inde sequatur, *inquinata sunt via illius in omni tempore*; qui ad tantam superbiam deuenit, vt paulo post auidet *non mouebor à generatione in generationem*, leges totum psalmum, in eo siquidem detestandorum Atheorum semitæ describuntur. Moralem ergo philosophiam offero, vt discant mores optimorum, & impiorum; hos, vt fugiant, illos, vt imitentur, qui si à propria vitæ reformatione, moribusque suis emendandis, vt par est, incipere velint, in promptu Monastica succurret: si familiam regere, æconomica: si ciuitates integras optimè administrare, Politica: si plures ciuitates in regnum redigere, basilica: si denique multa regna in viciniam monarchiam coniungere, Imperatoria magnum afferet adiumentum: nec officio suo lus ciuile, aut canonicum deficiet, quibus omnes in communi, & vnumquemque in particulari, siue sæcularem, siue regularem, siue prophanum, siue ecclesiasticum ad officia propria dirigere, & si fuerit opus, coëtere possis; qua sanè ratione beatæ Republicæ euaderent, nec quidquam detrimenti totum corpus à membris pateretur, imo nec à peregrinis, & hostibus, enimvero Bellicæ artis ope hostes facillimo negotio repellentur, nam Republica benè ordinata suos duces, & milites habere debet, qui tactica ad instruendas acies, & Stratagematica ad hostes decipiendos, & eorum

Moralis philosophia, & eius species.
 Ars bellica, & eius partes.
 castra, siue cunctando, siue accelerando diripienda vti nouerint.

castra, siue cunctando, siue accelerando diripienda vti nouerint.

Superfunt artes, quas philosophiam effectricem, vel rationales, & fermocinales, & reales vocant. Inter rationales Dialectica materiam disputandi, & argumenta suggerit, quam solum Peripateticam agnosco: perperam alij Lullisticam, & Rameam distinguunt, quæ si quid boni habeant, in Peripatetica concluditur: Logica formam argumentandi tradit, quæ dici poterit fermocinalis, quatenus bene discurre per syllogismos, sicut ex materia probabilis dialectica docet: quibus vti nam Athei legitime vterentur, reuera syllogismos inuenirent, quibus Deum esse luce clarius est, sed cum Dominum gloriæ agnoscere debuissent, Dei maiestatem blasphemant, & omnibus artibus abutuntur: nam cum per Grammaticam de Deo bene loqui, per Rhetoricam bene dicere, atque sibi persuadere Deum esse iustissimum, & optimum, qui omnibus prouideat: per Historicam artem: bene diuini numinis narrare mirabilia, per poëticam antiquos imitari, qui tam præclarè de Deo, etiam si per fictiones, locuti sunt; per Grammaticam, seu literationem, quæ est veluti Grammaticæ infantia, legere diuinos characteres, quibus totus mundus descriptus est, & omnibus apertus literas optimè formatas ostendit, quibus verba, & periodi, & orationes integræ perficiuntur, vt totus mundus pulcherrimè, & elegantissimè orationis instar esse videatur, quæ Deum esse manifestat, omnibus perniciosissimè abutuntur.

Omitto diuisionem illam, qua Grammaticam in methodicam, & historicam secant, vt illa benè loquatur, & scribat; hæc verò bene legat, & enarrat: & artem Ziffarum, quibus occulte quis loqui potest, vel scribere; quales sunt, quos Vigenierius, & Baptista Porta in libris suis de occultis literarum notis, & Trithemij Steganographia, atque polygraphia producunt. Huc etiam referri possunt Hieroglyphica Aegyptiorum, per quæ si quis ierit, dubio procul Deum ipsum illis sæpissimè conclusum videbit: sed quia hæc abstrusiora sunt nec vnicuique facile perua, malim Atheos ad Chronologiam prouocare, siue historiam rerum omnium: etenim Deum esse conuincet historia terræ, si Geographos audiamus, & animalia, atque plantæ per physicam descripta: historia diuina de rebus factis, & humana, de gestis hominum nihil altius insonat, quàm omnia à Deo producta esse.

Clamant igitur omnia, & vindictam aduersus Atheos repolcunt quos ipsa poësis, & ars Versificatoria, siue poëticis fabulis incubat, siue aliqua verisimilitudine rerum humanarum ideas exprimat, vt cum Homeris, per Achillem, & Xenophò sub nomine Cyri optimos belli duces formant, & exprimunt, siue quodam inuolucro res diuinas, naturales, & morales indicet, quod fecisse videmus Orpheum, Musæum & similes; quos, inquam, poësis ipsa reuincit. Nolim artes reales transcurrere, quæ ad vitam necessaria, quæ ad utilitatem, & ornatum facere videntur, siue satis de illis cap. 4. Genesim diximus: *faxit verò Deus Opt. Max. vt illa scientiarum inductione peruerfi, & obdurati homines, qui dixerunt in corde suo, vel ore blasphemò pronuntiantur, non est Deus, ad veritatem adduci possint, & deinceps creatorum suum agnoscant, & tota mente diligant,*

Artes rationales & fermocinales.
 Dialectica triplex.
 Logica.
 Grammatica.
 Rhetorica.
 Historica.
 Poëtica.
 Grammatica.
 Grammatica duplex.
 Ars Ziffarum.
 Hieroglyphica.
 Chronologia.
 Geographia.
 Historia multiplex.
 Versificatoria.
 Artes reales.